Incipit tractatus bonus magistri Johannis Gerson de modo vivendi omnium fidelium

Ad nobiles prima regula

Regula prima que spectat ad nobiles potentes et stabiinos ne pauperes videlicet per potenciam suam opprimant et a subditis suis opprimi permittant. Malos usus in villis suis destruant. Causas pauperum viduarum et orphanorum libenter audiant et cito iuste iudicent. Numquam per iudicio faciendo vel festinando vel aut retardando non accipiant nil a subditis suis extorqueant. Ad milites

Regula ad milites tangitur Luce 3°. Neminem concuciatis id est persona per potenciam indebite. Neque calumpniam faciatis in rebus quas per miliciam facere possetis. Et contenti estote de stipendiis vestris id est redditibus vestris multis temporibus accipiendo vel ad defendendam patriam. Mt xxiij. Non sine causa gladium portat. Ad simplices

Regula simplicium quo ad ecclesiam ut veniant ad missam veniant. In missa non loquantur nec circumspiciant. In missa orare debent ut graciam dei recipiant. In missa memoriam passionis christi habeant. In ewangelio stent. In sanctis non operent. Sermones libenter et diligenter audiant. Et referre post missam gracias deo satagant. Ad episcopos et prelatos

Regula episcoporum et prelatorum satis patet ad Thimo 3°. Oportet episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem. Et Mt xx°. Qui maior est vestrum sit vester minister. Ad Cor. Exhortamur vos etc. Est autem officium episcopi malos corrigere et arguere bonos et pusillanimes pacificare. Tercia sit dominus Petro in persona cuiuslibet prelati ait Pasce oves meas. Et ad Thess v° Fratres corripite inquietos consolamini pusillanimes. De istis 2 ad Thimo 3°. Predica verba insta oportune importune obsecra in omni paciencia et doctrina. Et Ezech xxxiij ... Ad clericos

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Regula clericorum eſt habere doctrinam vitam ſanctam famam
odoriferam Hebr. v. Sacerdotes habent hoſtias pro
delictis ſuis offerre Et aug. in regula ſua Sit vobis cor
unum et anima una in deo Ps. Sacerdotes tui induantur
iuſticia Coloſſ. iij. Induite vos ſicut electi dei viſcera
miſericordie et pietatis habentes // Ad religioſos
Regula religioſorum eſt vivere in obedientia caſtitate
et paupertate Et debent devote orare et contemplari
et carnem mortificare contra vicia et concupiſcencias Unde aug.
in regula monachorum In omnibus et ſuper omnia amet et
honorificet deum Et hugo de ſancto victore de clauſtro anime
Tandem religionis regula in hoc dependet ut prelatus
cuſtodiat ſubditos ſuos. ſubditi prelatis benigni obediant
devoti ſint ſenes Iuvenes vero laborioſi Sit honeſtas
in habitu mediocritas in victu Sint in clauſtro aſſidui
et ad divina vacui non ſint vagi ſed clauſtrales Sint
intenti pſalmis non cauſis non ſit rumor in clauſtro
ſed ſilencio in capitulo non lites ſed confeſſio In choro ſit ſumma
ſimplicitas et circa altare vigeat honeſtas // Ad divites
Regula divitum ne aliquid iniuſte acquirant in xpi
divicias ſuas pauperes vicinos ſuos deſpiciant
pauperes ſuſtineant Operarijs ſuis bene et cito perſolvant
adulatores neque adulaciones in menſa recipiant diligenter
et libenter ad concordiam vicinorum ſuorum laborent
Regula pauperum ut divitibus // Ad pauperes
libenter et fideliter ſerviant nec divitibus xpi divi
cijs ſuis invideant nec xpi paupertate adulacione vel
detractione perdant nec impacienter ſuſtineant paup

tatem sustineat nec divitias dictas cupiat nec ecclesiam
ff[?] Dominas vitent michil furti a familia suorum vi-
cinorum nec ab aliis recipiant ¶ Ad virgines

Regula virginum Non sint loquaces sed simplices
voce et habitu ad virginitatem intus et extra cogitent
et eam diligant Choreas vitent sint innocentes non
sedeant nec se ab eis palpari permittant Non nutriant
aliquem illicitum amorem Adulatores neque adulaciones reci-
piant nec audiant orationes libenter dicant Sordida verba
et inhonesta fugiant ¶ Ad viduas

Regula viduarum est ut continentiam diligant et in
vestibus humiliter se habeant et orationibus libenter
insistant homines suspectos in hospicio suo non recipiant
de consilio proborum se gubernent et vivant Sanctam
Annam et Elizabeth viduas cogitent familiam castam
habeant pacem per vicos curent ¶ Ad nuptas

Regula nuptarum est Thobie v Honorare socero-
res diligere maritum regere familiam diligenter gu-
bernare domum et se ipsam honestam et irreprehensi-
bilem ostendere seu exhibere ¶ Ad mulieres

Regula mulierum est quod non se induant ornatus
ostendant Nunc collum guttur et caput tegant
humiliter in ecclesia et ubique se habeant nec alias mu-
lieres per superbiam suam moneant ¶ Ad maritos et uxores

Regula virorum ad uxores et econverso ponitur
Ephesios v Viri diligite uxores vestras sicut et
Christus dilexit ecclesiam sua uxor autem timeat virum

suam ij Cor 3° Viri cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori Parentum ad filios

Regula parentum ad filios Ephes vj Vos patres nolite provocare ad iracundiam filios vestros sed educate eos in disciplina et correctione dei Cor xij Non debent filij parentibus thesaurizare sed parentes thesaurizare filijs

Regula filiorum ad parentes est Filiorum ad parentes
quod parentes honorent et eis in bonis obediant necessaria sibi serviant ante eos non respondeant a maledictionibus contendere se caveant Eccli parentibus aliquid ad utilitatem vendere libent in negocijs parentum suorum fideliter laborent

Regula dominorum ad suos Ephes Dominorum ad suos
vj Vos domini eadem facite illis remittentes minas et Colos iiij Domini quod iustum est et equum servis prestate scientes quod et vos dominum in celis habetis Eccli vij Ne ledas servum tuum in veritate operantem Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua non defraudes eum libertate neque in opere derelinquas illum Servorum ad dominos

Regula servorum ad dominos Coloss iij Servi obedite dominis carnalibus non ad oculum servientes quasi hominibus placentes sed in simplicitate cordis timentes deum Scientes quod a domino accipietis retribucionem hereditatis prima Petri 2° Servi subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis Ad familiam

Regula ad familiam ne fraudent dominos suos de suo sed negligendo faciant fideles sint de rebus suis custodiendis nichil ab eis auferant occulte nec alios facere permittant nullum malum non faciant uxori vel filijs

dum sit de malo videndo caveat. Malos vicinos
fugiat unde in domo malum oriri possit seu destruc-
tio eius reportari vitent. Assint cito revertantur. Mer-
cedem suam in superbia vestium non expendant. Ita vivant
in humilitate et labore quod sit eis in remissionem pec-
catorum suorum. Ad mercatores

Regula mercatorum est ut non die dominica intendant
nec procurent ab iniusto sibi caveant lucro nec
ad dierum vendant vel carius propter dilacionem ut de-
bitum suum tempore promisso solvant. Nec scienter mu-
tuant. Equam stateram habeant equa pondera et
equam mensuram. Ad tabernatores

Regula tabernatorum est ne permittat ludos ad tax-
illos in tabula sua neque in taberna sua deum blas-
phemari non permittat nec meretrices recipiant de
nocte plenam mensuram dent omnibus vinum cum aqua
ad vendendum non misceant nec aliqua pocula vel
scala aliquo modo ad vendendum defraudent. // Ad hospites

Regula ad hospites est ut malos in hospicio suo
non permittant vel scienter recipiant nec hospitibus
suis furentur aveniam vel fenum nec sustineat quod hos-
pites scienter fornicentur in hospicio suo. Iustam bonam
racionabilem computacionem cum hospitibus suis faciat.

Regula ad senes est. In ecclesia Ad senes
libenter taceant. Iuvenibus bonum exemplum prebeant
de male dicendo seu male faciendo eos reprehendant.
Turpia verba ne habeant nec laudent malicias
coram iuvenibus. Mulierculas a bono non retrahant

nec iuvenes laudent in superbijs suis // Ad omnes
Regula ad omnes est Ut excommunicatos vitent ne
se inebrient pauperes quantum posse suo sustineant Do-
ctores et religiosos et ecclesiam ubique honorent et de-
vote ab eis doctrinam audiant festa bene custodiant
decimas rite solvant detractionem caveant ab adulatione
a blasphemia a mendacio a periurio ab assiduo iu-
ramento a turpibus verbis et maxime a luxuriosis
verbis se abstineant quia dicentes tales et audientes ab
eis inficiuntur Precepta ecclesie teneant penitencias
sibi iniunctas diligenter impleant Alter alterum ad bonum
opus inducat et de malo reprehendat Dent libenter ele-
mosinas quia sicut aqua extinguit ignem ita ele-
mosina extinguit peccatum Missas sermones et confessi-
ones libenter colant et frequentent Ablata restituant
quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum ut
dicit Augustinus In vesperis id est in fine vite tormenta
inferni et gaudia paradisi conspicient

Regula omnium ponitur Mt xxviij Baptisantes eos om-
nes In nomine patris et filij et spiritus sancti ut secundum
illud Johannis primo omnes crederent per illum Prima petri 3o
In fide omnes unanimes In oratione estote compacientes
fraternitatis amatores misericordes modesti humiles non
reddentes malum pro malo etc. Ecclesiastes ultimo Deum
time et mandata eius observa hoc est omnis homo etc. Item
ad Gal. vj Quicumque hanc regulam secuti fuerint pax super
illos et misericordia Amen // Expliciunt regule pulchre